

Ioannes Maria Catanæus. D. Petro Forti
Scriptori apostolico. S.

Derfeci quod optabas Petre iucūdiſſime: totidē fe
re diebus latinū Iſocratis panegyricū: quot ipſe
ānis græcū: & perfeci in hoc urbis diſcurſu: ſed
tua in me ſpectata beniuolētia facile impetrauit: ut aliqd
ſuccifiui tēporis ſtudiis impartiremur: atq; in hoc tuū iu
diciū mihi pro conſilio fuit/ q̄q̄ etiā ſingularis prudētia:
multiplex doctrina: ingeniū ſagax: in reb; gerēdis expe
riētia: ſumma in amicos obſeruātia: nō modo me: q̄ tuæ
humanitati totus ſum addictus: uerū etiā alienū ad eadē
duxiffent: præſertim in hoc belloꝝ tumultu: quē ſedare
poſſet hæc oꝛo: modo nō obſiſtinatis animis: & ſurda
aure xp̄iani principes tanti auctoris oracula negligerēt.
Hortatur. n. Græcos: ut depolita domeſtica ſeditione: ac
inter Lacedæmonios: & Athenienſes partito principatu
Perſarū Regi bellū inferant: cladēq; inteſtinam in Aſiam
trāſſerant. Neq; tñ: aut potui: aut debui ſemp eadē dicē/
di figuras ſeruare: ſiue qd' ueriffimū eſt: eloquentiſſimo
rhetori longe diſpar: ſiue latinitatē grauitas græcanici
ſchematis impatiēs: uel tumultuaria editio: uel oīa ſimul
Satis. n. habui: quantū latino licuit: & occupato/ ſenſus
trāſſerre: proq; uirili mea ſtudere: ne obſoletis uerbis cā/
didiffimū oratorē macularē: & ſi plærūq; cōtraria nō iuer
ti: nō paria neglexi: ſimiliter cadentia nō turbauī: nō pe
riodos deſtruxi: nō grauitatē oꝛoni dempſi: non mēbra:
& numeros ſemp infregi: nō deniq; omnē uenerē decuſſi
Hæc ſi tibi placuerint: placebunt & bonis. tātū iudiciū
tuū facio. Beneuale Romæ. xv. kl. Aprilis. M D I X.

Isocratis oratio panegyrica per Ioannē Ma-
riam Catanæum latinitate donata .

Llos sæpenumero sum admiratus: qui
conuentus indicunt: & gymnica certa-
mina instituūt: qñquidem corporis bo-
nas habitudines tam ingentibus mune-
ribus dignas putarunt: sed qui priua-
tim pro rep. laborarunt: animosq; suos
ita præpararunt: ut aliis etiam adiumento esse possent:
quos sane imprimis respexisse decuit: eos nullo honore
habuerint. Quid enim athletæ fortissimi humanæ uitæ
cōferre possunt: at si quis inuētus fuerit: q̄ recte sentiat:
suo inuento mortales eandē sententiā sequentes adiuua-
bit. Nolui tñ hac ratione deterritus in ocio languescere:
sed arbitratus idoneā mercedem: quantulācunq; mihi ab
hac oratione gloriā: de bello aduersus barbaros: & inter-
nos pace ueni cōsultaturus: nō ignarus plerosq; iā ora-
tores huiusmodi argumētum tractasse: uerū quia spero
tantum me ipsis præstaturū: ut nunq̄ de his quicquā ab
alio dictū uideatur: tum q̄ eas orationes optimas esse iu-
dico: quæ circa maxima uersantur: & dicentes plurimū
illustrāt: ac auditoribus mirum in modū profunt: inter
quas hæc potissimū cōnumeranda: ad hæc nō dum rege-
renderū occasio præteriuit: ut frustra iam de iis simus
uerba facturi. Nam tunc oratori tacendū: cū aut res finē
cœperint: neq; amplius super ipsis cōsulendū: aut uideat
aliquis orationē adeo elaborate dictā: ut scripturis omnis
excedēdi facultas prærepta fuerit: uerum cū græcorū res
adhuc integræ: neq; pro dignitate discussæ sint: cur ani-

mum: & studiū huic orationi non intēdere decet: quæ si bene perficientur: bello intestino: p̄nti discordia: maximis deniq; nos malis absoluet. Cæteræ si easdē res simili dicēdi forma tractare cogeremur: merito dicet aliquis superuacaneū rursus auditores defatigare. sed cū huiusmodi sermones ita sint cōparati: ut de ipsis multifariā dicere liceat/ magna deprimere. parua extollere: antiqua nouo modo tractare/ recentia antiquo: nequaquā fugienda de quibus priores deseruere/ uerū enitendū/ ut melius quā illi dicamus. nā præterita in medio sunt/ ipsis aut oportune uti/ singula cōuenienter argumentari/ uocabulis recte distinguere/ hoc sapiētis propriū. Crediderim hac rōne/ & aliarū artium/ & orandi studium/ maximum semp incrementum habiturū/ si quis nō eos / qui primi orōnes exorsi fuerint/ sed q̄ optimas absoluerint/ non q̄ intacta/ sed elegantissime dixerint/ honoret/ & admiretur. Quidā uero eas orōnes repræhendūt/ quæ summo artificio elaboratæ super uulgus extollunt/ sed in hoc fallunt/ qđ in iudiciis excultū dicendi genus cū demonstratiuo cōfundunt/ tanq̄ in utroq; pariter dicendū sit/ nec in illo q̄dem tute/ ac sine arte aliqua/ in hoc aut laudatiue & accurate/ perinde ac si pœnitus oratoriæ inscii/ melius q̄ eruditi/ q̄ modus in dicēdo seruādus sit intelligāt. tales ergo admoneant/ q̄ sibi similes approbāt. at mihi nullū cum ipsis cōmertium/ uerū cū illis/ q̄ nihil temere dici uolūt/ immo impatienter ferunt/ a meisq; orōnibus/ qđ nunq̄ apud aliū inuenerint/ expectant. cōtra huiusmodi hoīes aliquantulū pro me audientius p̄locutus sum/ iā rem ipsam aggrediar. Scio reliquos in proæmiis beniuolentiā ab auditorib; capere/ seq; pro quæ uis dicturi sūt/ p̄fatiōe

excusa
ardu
tem ni
bis in
postul
uerum
sustine
gētia au
at de p
uēdas:
fortun
da sub
iis exo
Nā; gr
tur. ciu
go reli
nisi pri
rum it
tiam su
illa est
inter se
cupidit
ciuitas
leges d
obstina
pertine
graciæ
diendu
sulendu
his Ath
cere: ut

excusare/asserentes quosdā nuper ista cōposuisse/aliōs
arduuz rerū amplitudini paria uerba excogitare. ego au-
tem nisi ut rei dignitas/ mea gloria/ tēpus nō modo a no-
bis in hac orōne impensum/ sed per omnē uitā peractū/
postulat/ perorauero/ hortor nullā mihi ueniā habeatis/
uerum irrideatis/ & negligatis/ mereor. n. extrema quaq;
sustinere/ si in omnibus: cæteris oratoribus par a deo in-
gētia ausim polliceri. Hæc uolui de rebus meis præfari/
at de publicis. q; statim docēt inimicitias inter nos dissol-
uēdas: easq; cōtra barbaros cōuertēdas/ & mutua nra in-
fortunata: at quāta nos eiusmodi expeditione sint cōmo-
da subsequutura/ narrant / uera quidem dicunt/ non tñ ab
iis exordiuntur/ qbus illa plurimū cōfirmare potuissent
Nā; græcia. aut institutis nris: aut Lacedæmoniorū regi-
tur. ciuitatuz. n. resplicæ fere ita distinctæ sunt. qui er-
go reliquos aliquid in cōmune boni facturos arbitrat/
nisi prius eorū ducibus reconciliatis/ se simplicem/ & re-
rum inexpertē manifesto profiteatur. Quare si quis sentē-
tiam suam probari uolet/ neq; dicendo se tātū ostentare.
illa est orō respicienda: quæ ciuitatibus istis persuadeat:
inter se pari cōditione imperia diuidere: dominādī uero
cupiditatē a græcis ad barbaros transferre. Nra quidem
ciuitas. modo lacedæmonii nō aspernerent: facile in has
leges descēderet. illi. n. falsa opinione imbuti sibi patriū
obstinato rētur aliis præesse. qd; si q; hoc potius ad nos
pertinere docuerit forsan certamine deposito ad publicū
græciæ cōmodū cōueniēt. Itaq; hinc fuerat ab aliis exor-
diendum: nō a manifestis: nisi prius sublatis dubiis con-
sulendum. quare pro uirili mea diligēter studebo super
his Atheniensium: & lacedæmoniorum gratia uerba fa-
cere: ut imprimis aliqua utilitas oriatur: & icō inter nos

foedere barbaris sociale bellū inferamus. qd' si negabit:
cuncti saltē intelligant: qui felicitati græcorū impedimē/
to sint: neq; iniuria nram ciuitatez prius mari imperasse:
neq; de principatu nūc iniuste cōtendere. Coeterū si eos:
q; omni artificio peritissimi sunt: & excellūt: colere decet:
sine cōtrouersia principatus: quē primi cōparauimus: ad
nos deferretur. nemo. n. sic terrestri praelio ullā ciuitatē: q̄
nram periculis naualibus excellentem monstrabit: at si
quispiam dissentit: multasq; inter regna mutationes fieri
arbitratur: neq; unq̄ eodē loco permanere: uerū sibi tanq̄
præmiū aliquod imperiū uindictant: siue q; primi hunc
honorē adepti: siue q; auctores græciæ maximorū bono
rum fuerint: hos etiā in nram sententiā concessuros opi
nor. nā quo altius de utraq; re cogitauerimus: eo facili9/
super his dubitantes refellemus. Satis cōstat nram urbē
esse & antiquissimā: & maximā: atq; apud oēs nationes
celeberrimā. hoc igitur argumēto cōsequētia aperte col
ligemus/ nobis summū honorem habendū: eius. n. non
aliis expulsis: nō occupata heremo: nō ex colluuiōe colle
cti: sumus incolæ: sed adeo honeste: & legitime editi: ut
aborigines qua natī terra fuimus: eandē semp tenuimus
ipsamq; ciuitatē iisdē: quibus propinquos nominibus:
appellare possimus. nam solis græcorū nobis hanc altri
cem: & parentē dicere licet. Quare æquū uidetur: q; se plu
rimum probaliter extollunt: neq; de principatu immeri
to cōtendūt/ sæpiusq; maiorū suorum meminere: tale sui
generis principium habere. Cum itaq; dii nos aborigi
nes fecerint: & iis numeribus donauerint: talis nostri or
tus magnitudo existit. Si uero temporū primordia: ur
bis deinceps præclara gesta enarrābimus: quot & quāto

201

70

rum bo
tiemus
minibu
unum
mus: ca
no gen
ra: & si
p̄sentia
quo p
nim si
raptū
fecta/n
initiat
ma do
degeren
ta iucu
erga de
bonori
rat/oib
nis ind
tates pe
ctis ad
cōcessu
leta/ac
res ges
tas. nar
sis circ
solum
ciis etiā
quod e

rum bonorum cæteris auctores fuerimus: optime discu-
 tiemus. eam enim inueniemus non solū se bellicis discrimi-
 nibus opposuisse: uerum aliarum etiā artium: quibus in-
 unum habitamus: & humane uiuimus: ac uiuere possu-
 mus: causam propemodū fuisse. Eligēda aut sunt huma-
 no generi per nos p̄stita bñficia nō mediocritate obscu-
 ra: & silentio prætereūda: sed antea magnitudine sua: im-
 p̄sentia: ubiq; & ab oībus dicta: & celebrata. Primū ergo:
 quo primū natura n̄ra indigebat: Athenæ cōtulerūt. ete-
 nim si fabulosus sermo: eum tñ referre proderit. nā post
 raptū Proserpinæ errabunda Ceres in regionē n̄ram pro-
 fecta: maioribusq; n̄ris ob merita: quæ nemini præterq̄
 initiatis fas est audire: beniuole adfecta: ipsis duo maxi-
 ma dona obrulit: & fruges scilicet: ne ferarum more uitā
 degeremus: & mysteria: quibus initiati: de fato suo: & ui-
 ta iucundiorē spem haberēt. ita ciuitas n̄ra nō modo pie
 erga deos: uerū etiā erga hoīes humane se gessit: ut taliū
 bonorū domina cæteris nō inuiderit: sed quæ / adcoepe-
 rat / oībus cōmunicauerit. & hæc quidē etiā nunc quotā-
 nis indicamus. breuibus autem beneficia: cōmoda / utili-
 tates per ipsam enatas docuimus. quare si paucula prædi-
 ctis addidero / credo neminem non in n̄ram sententiam
 cōcessurū. primo. n. si quæ diximus / aliquis ueluti obso-
 leta / ac nimium uetusta negligit / potius hoc argumento
 res gestas credit / ut a multis decantatas / & ab oībus audi-
 tas. nam q̄a a multis dicta & ab oībus audita / quæ de ip-
 sis circūferuntur nō uana / sed uera credēda. Cæterū non
 solum sermone / & multorum fama nitimur / uerum indi-
 ciis etiā maximis uti possumus / amplissimæ .n. ciuitates
 quod est antiqui beneficii non obscurū monimentū / fru-

menti primitias annuas ad nos mittunt: quod institutum cum intermississent ab oraculo plerumque iussit Apollo: ut ad nos fructuum partem deferrent: & seruarent quae maiores erga ciuitatem nostram facere consueuerant. Quibus nam maior fides adhibenda: quam dei responso: & quae graecorum plurimi uera credunt: quae olim sermone diuulgata etiam nunc ope confirmantur: neque ab illis confallis impraesentia gesta dissentiunt. Insuper his omissis si mortaliu primordia repetemus: illos primaeuos inueniemus non eum: qui nunc est: uiuendi modum habuisse: sed mortales hunc sibi paulatim comparasse. Quos ergo credibile est hoc aut munus a diis accepisse: aut inuestigando deprehendisse: num oim consensu aborigine: & ad artes ingeniosissimos: deque numinibus pie meritos. Superuacuum est argumentari: quantum talium bonorum auctores uenerationem mereantur: cum nemo par Atheniensibus donum allegabit. Haec sunt: quae de maximo: & primo: expositissimoque omnibus beneficio dicenda habuimus. Eadem tempestate cum Athenienses plurimas barbaras provincias occupasse cernerent: graecos uero locorum angustia circumclusos. sibi inuicem propter agrorum inopiam insidias necere: atque inter se digladiari: at quosdam inedia: alios bello cadere: eiusmodi conditionem non neglexere: sed missis in quaecumque oppida ducibus: qui inopum delectum haberent: praelio barbaros fuderunt: multasque in Europa: & Asia ciuitates condiderunt: desertas habitatoribus insulas frequentarunt: ita quos eduxerant: & qui remanserant seruarunt: his. n. domi agrorum satis reliquerunt: illis uero ampliores quam in patria reliquerant: diuiserunt. nam omnibus provinciis: quas nunc ditiorse tenemus: potiti sunt:

ut si qu
rerent:
bantur
nos co
go do
gis pa
rimae g
magis
ris gra
bus ab
ab inu
in relic
uertere
rarum
mines
tuo ex
plurin
ciuitas
tes: ali
re pere
mit: il
blican
qui de
comp
extinu
rias ac
nit: au
politi
egeni
diuite

ut si qui postea nostrū institutum secuti colonias quæ-
 rerent: id summa facilitate consequerentur: neq; n. coge-
 bantur cū periculo puincias alienas inuadere: sed quas
 nos cōmunicaueramus: in eas colonos mittere. Quis er-
 go docebit principatum græciæ Atheniensibus non ma-
 gis patrium aut aliis potius deberi: qui illum anteq̃ plu-
 rimæ græcorū urbes conderentur: habuerunt: aut quis
 magis utilitati publicæ contulisse: q̃ qui uastatis barba-
 ris græcos ad tantas opes extulere: neq; tñ maximis re-
 bus absolutis quieuit nra ciuitas: sed beneficioꝝ initium
 ab inuento inopum athen dorū sumpsit: qd' imprimis: ut
 in reliquis bene rectoris: necessariū fuit. Cū aut animad-
 uerteret non solū uictū ad honestam uitā sufficere: cæte-
 rarum rerū curam ita suscepit: ut quibus nunc bonis ho-
 mines fruuntur: nō dico quæ dii dedere: sed a nobis mu-
 tuo excogitata: nihil sine Athenarū auspicio traditū sit:
 plurima etiam per se impendisse. nam græcos offendens
 ciuitas nra nullis legibus uitam agentes/ uicatim habitā-
 tes: aliquos a principibus oppressos: quosdā sine recto-
 re pereuntes: horū quidē domina eos a calamitatibus exe-
 mit: illis uero exēplo fuit. prima. n. leges sanxit: rempu-
 blicam cōstituit id quod hinc ostēditur: nāq; ab initio:
 qui de cœdibus dicam dixerūt: iureq; non iniuria litem
 componere uoluerunt: leges & iudicia nostra subire nō
 extinuerunt. Quin etiā humano generi utiles & necessa-
 rias ac: etiā oblectabiles artes excogitatas: aut prima inue-
 nit: aut cōprobatas reliquis habēdas dedit. honestā igit̃
 politiam ita hospitaliter: & omnibus aptā constituit: ut
 egenis & opulentis pariter cōgrueret: neq; sine cōmodo
 diuites: ac pauperes in patria sua uersarentur et illis iu-

cundissima consuetudo: his tutissimū refugiū apud nos
esset. ad hæc cū numerosis ciuibus Atheniensiu ager nō
sufficeret quoniā partim est sterilis: partim admodū foe
cundus: ideoq; ciuitas multa inopia premeretur: his cala
mitatibus sedulo subuenit: tū cōseruandis rebus: tū aliū
de importādis. Nā Piræum emporiū in Græciæ umbili
lico cōstruxit adeo rebus abūdans: ut quæ singula apud
singulas urbes sunt inuētū difficilia: hæc oīa apud nraz
facile cōparabis. Itaq; merito laudamus qui cōuentus in
stituerūt tradita posteris cōsuetudine ut per inducias in
unū cōueniremus dissoluendarū inter nos inimicitiarū:
insuper publicorū uotorū: & sacrorū faciēdorū gratia: ut
necessitudinis quidē inter nos memin erimus: in posterū
uero nobis ipsis beniuolētius afficeremur: antiquas ami
citas renouaremus: nouas inter nos oēs iniremus. neq;
cōmerciū istud idiotis: neq; ingeniosis inutile fieret: sed
Græcis in unū cōgregatis. his quidē licere suas uirtutes
ostēdere: illis uero certatores spectare: neutros tñ nō esse
alacres: immo utrosq; gloriari: hi cū uiderint athletas sui
causa laborare: illos cū reputant: oēs ad se spectādū cōue
nisse. Cū igit nobis tot bona per cōuentus enata sint: in
his ciuitas nra nō inter postremas cōnumeranda est. nā
& plurima: & optima uisu digna tum sumptu: tum artifi
cio excellētia: quædā etiā in utroq; pstantia possidet: eaq;
est ad nos cōfluētū multitudo: ut si ex cōuentu aliquod
bonū nascitur: hoc ipsa sit cōplexa. Amplius fidissimas
inuenire amicitias: uariis uti cōuersationibus: certamina
intueri: nō uelocitatis: & roboris tātū: uerū etiā orationū
sententiarū: aliorū deniq; omniū operū: & horū præmia
maxima præter a se cōstituta: & aliis dari psuasa nos im
primis dedimus. nā iudicia nra eaz auctoritatē acceperūt

ut a cunctis mortalibus pbent: ad hæc cæterorū cōuentus
 raro indicunt: statimq; dissoluuntur: ciuitas nostra quo
 cunq; tēpore aduenientibus panegyris est. ipsa moralem
 philosophiā eiusmodi oīum inuēricē: & opificē: rerū ge
 rédarū magrām: q̄ nos cōgregauit: calamitates ignoran
 tia: & necessitate factas distinxit: illas quidē uitādas: has
 uero patienter ferendas dedit. oratoriā ēt facultatē: quam
 oēs cōcupiscunt: & eruditū inuident: excoluit: gnara na
 turā ex oībus animantibus hoc homini ppriū tribuisse:
 quiq; in dicendo facundissimus erit: eū cæteris in rebus
 oēs superaturos. nā cū cerneret fortunā in aliis reb; plu
 rimum dominari: ut in ipsis sapiētes plærūq; male: stulti
 uero sua bene agerēt: sed grauitē & artificiose dicere: nō
 cū malis cōe: uerū prudentiū uirorū officium esse: ideoq;
 prudētes ab ignorantibus longo interuallo differre / ad
 hæc a pueritia liberaliter educatos nō robore / nō diuitiis
 neq; hmōi bonis / sed orōne potissimū illustrari / hoc op
 timū eruditōis uniuscuiusq; nrm iudiciū attributū: q; q;
 boni oratores euadūt / nō mō domi / sed foris ēt in p̄cio eē
 sic nra patria / & p̄hiā / & oratoriā reliquos mortales supe
 rauit / ut eius discipuli alios instruxerint / neq; ampli9 q;
 in græcia nati sint: græci uocāt / sed q̄a pucherrima exco
 gitasse uidēt. quinimmo græcos poti9 apellari eruditio
 nis nra / q̄ cōis generatiōis p̄ticipes. Cæterū cū oīa exeq p̄
 dixeriz / ne rerū bellicarū inops in uno tm̄ orādī. s. peritia
 Atheniēses cōmédare uidear / satis erit me ista cōtra eos / q;
 lrarū disciplinis gloriātur / diseruisse. nā maiores nros nō
 minorē rebus bellicis laudē / q̄ aliis bñficiis meruisse cre
 dideriz / ut q̄ nō raro / & pua manu / & aduersus obscuros
 hostes s; frēq̄nter maximis copiis cōtra illustres ipatores

207
cōflixerint: & atticæ tuendæ gratia: & cæterorū libertate.
semper. n. confugiētes ad se receperunt: & oppressis græ
cis subsidio fuerunt: inde nos repræhēdūt aliqui: q̄ duz
debilioribus cōsueuimus fauere: nobis nō bene consuli
mus: tanq̄ si hæc ratio nō maximā apud prudētes cōmē
dationem expectet. non. n. ignari quantū potentium fœ
dera cōferant super his cōsultabamus: sed acutius q̄ alii:
quæ inde possent euenire prospiciētes: etiā cū aliquo de
trimento mallebamus infirmioribus adesse: q̄ eos ob cō
modum nr̄um cū potētioribus simul obruere. id quod:
moribus urbis: robore: precibus deniq̄: quas nobis iam
alii fuderunt: cognitu facile. igitur regentes: & obscuras
consulto prætermittā. at multo ante troianū bellū (hinc
enim mihi uidetur æquū fidem facere qui de principatu
ambigunt) confugerunt ad nos Herculis filii: nec multo
ante hos Adrastus Talai Argiuorum rex in pugna the
bana fusus: fugatusq̄: impotens in Cadmea occisos se
pulturæ mandare: Athenarūq̄ dignitati cōuenire arbitra
retur: publicis cladibus opem ferre: neq̄ bello perēptos
insepultos relinqui: & antiquū morem: patriamq̄ legem
dissolui paterentur. Sed Herculis liberi odia Euristei de
clinantes: præteritis aliis ciuitatibus: qm̄ eas suis calami
tatibus opitulari diffidebant: arbitrati sunt solam nr̄am
beneficiis: quæ pater orbi cōtulerat: paria facturam. qua
re manifesto colligitur etiam illa tēpestare Athenas pri
mas habuisse: neq̄ nunc immerito de principatu conten
dere. nā quis inferioribus se: aut aliis parentibus omissis
potentiorū armis supplicasset. præsertim pro rebus pu
blicis: non de priuatis: quarūq̄ nisi græciæ præfectos cu
ram gerere decebat. proinde q̄ ad maiores nostros se rece

perunt
expedi
tuos se
egressi
tes del
aliis re
neq̄ n
fortun
ui sup
ctor re
uus ip
tissim
uiuere
indici
liis ca
dame
nisse c
proau
fione
dame
horu
mores
maior
neq̄ A
co dif
eius i
pati si
dio su
nō fat
benef

perunt: sua spe non frustrati sunt. nam pro interemptis
 expeditione contra thebanos suscepta coegerunt: ut mor-
 tuos sepulturæ redderent: at pro filiis Herculis urbem
 egressi: Peloponenses Eurystheo duce atticam in uaden-
 tes debellarunt: illiusq; iniuriam represserunt. Cū autem
 aliis rebus gestis præclari: tum his maxie illustrati sunt.
 neq; mediocris per eos mutatio facta sed adeo utriusq;
 fortuna cōuersa: ut q; supplex ad nos cōfugerat: hostib9
 ui superatis: mortuis rite tumulatis in regnum suum ui-
 ctor redierit. uerum Eurystheus uim inferre ratus capti-
 uus ipse supplicare coactus sit. & ille quidē mortaliū for-
 tissimus: ac diis robore: q; deo genitus: simillimus: dug
 uiueret imperiis Eurysthei etiam officientis paruit. at hic
 indicto nobis bello ita est immutatus: ut ab Herculis fi-
 liis captus turpiter uitam finierit. cū autē multa in Lace-
 dæmonios beneficia contulerimus huius tantum memi-
 nisse contigit. nam per nos seruati regū Lacedæmonioꝝ
 proauis: Herculis uero pronepotes hanc opportunā occa-
 sionem adepti in Peloponnesum redierunt: Argos: Lace-
 dæmonia/ Mesaniam occuparūt/ Spartam cōdiderūt / atq;
 horum omniū bonorū Athenæ causa fuere/ quorū me-
 mores illos decuit hanc regionem nunq; inuasisse/ unde
 maiores eorum tuto egressi ad eam felicitatē peruenerāt/
 neq; Athenas tanto periculo circumuenire/ quæ se belli-
 co discrimini pro filiis Herculis obiecerat/ neq; posteris
 eius imperium tradere/ neq; salutis sui generis auctores
 pati sibi seruire. Verū si licet gratia/ & humanitate de me-
 dio sublatis ad causas redire/ ex actissimāq; rationē efari/
 nō sane patrium est ab originibus aduenas præesse/ neq;
 beneficio affectos benemerētibus/ neq; supplices defen-

foribus. proinde super his. paucis ediserā. Maximæ quæ
græcarū urbiū præter nr̄am Argos/ Thebæ/ Lacedæmon
illa tēpestate fuerunt/ nuncq; etiā perstant. cōstat aut̄ ma-
iores nr̄os ita oībus præstitisse/ ut pro infelicib; argiuis
imperarint. Thebanis potētissimis/ at pro filiis Herculis
pugna superatis Argiuis/ & Peloponnēsibus/ Spartæ cō-
ditores/ & Lacedæmoniorū principes ab Eurysthei discrimi-
nē ereptos tutati sint. Quare non uideo quomodo qu-
de principatu inter græcos aptius dictur; fuerit. Iure aut̄
facturus uideor/ si Athenarū prius cōtra barbaros gesta
diseruero/ p̄sertim cū huius orationis argumentū fuerit
uter aduersus eos principatū mereatur. itaq; si uellem di-
scrimina singula enumerare/ prolyxiore q̄ p̄posui oratio-
nē facerē. conabor aut̄ maxima pro his ut paulo ante sub
cōpendio tractare. Gentiū. n. primi & fortissimi Scythæ
Thraces/ Persæ nobis oēs insidias struxere/ sed aduersus
hos nr̄a ciuitas pugna nō detractauit. qd ergo fiet aduer-
sariis reliquū/ cū ostenderimus græcos sua iura tueri ne-
queūtes ad nos supplices cōfugisse: barbaros seruitutē
græciæ intendentes in nos primū arma mouisse: Persicū
igr̄ oīum bellorū clarissimū fuit. uetera tñ gesta de princi-
patu ambigentibus nō minori indicio sunt. nā cū Græ-
cia suis limitibus cōtenta nondū satis uirium h̄ret. Thra-
ces quidē duce Eumolpo Neptuni filio nr̄am regionē in-
uaserunt/ Scythæ uero cū Amazonibus a Marte proгна-
tis nō eodē tēpore/ sed cū utriq; Europæ dominabantur.
oderant sane græcorū genus omne/ in nos uero priuatas
inimicitias gerebāt hac rōne ducti: si pugnādo urbē unā
expugnassent/ simul reliq; se potituros. uerū spe frustrati
cōtra maiores nr̄os cōgressi ita interiēre ac si aduersus cū

atos m
bus m
tēpore
ditur
mi ue
per lid
sceptā
tes uat
Hæc ig
mediū
tes ne
mis ec
tes co
fociis
tñ opi
cūq; o
meru
id a n
me p̄
lisse. q
cōcera
uerba
qua n
fuerin
& qua
peror
rint: n
qnq; d
aucto
corū s

Etos mortales bellū suscepissent. id quod oñdatur ingēti-
 bus malis / quibus oppressi sunt. nunquā. n. horū fama tanto
 tēpore durasset / nisi gesta cæteris clariora fuissent. nā tra-
 ditur Amazones in nos ruentes hic ad unā cōcidisse. do-
 mi uero relictas accepta in græcia clade dominationem
 perdidisse. at Thraces nobis olim cōterminos ob tūc su-
 sceptā expeditionē tantū recessisse / ut nationes multæ: gen-
 tes uariæ / ciuitates amplæ loca Thraciæ intermedia colāt.
 Hæc igr̄ q de principatu contendunt / p̄clara / & decora in
 mediū adferāt. neq; his absona Dariū / & xerxen debellā-
 tes nepotes gessere. nā maximo illo bello conflato / pluri-
 mis eodē tēpore periculis ingruētibus / hostibus ob ingē-
 tes copias neminē sibi occurfurū putantibus / nris uero
 sociis hostilē uim inexpugnabilē opinantibus / utrorūq;
 tñ opinionē / ut in utroq; cōsentaneū erat superauimus /
 cūq; oīa pericula p̄strauissemus / illico priā militiae dona-
 meruimus: breuiq; cōsensu quidē græcorū et eorū: q nūc
 id a nobis auferre conātur: maris impiū accepim⁹. Neq;
 me p̄terit Lacedæmonios multa tūc bñficia græcis cōtu-
 lisse. quare magis nra ciuitas cōmendāda: qd fortissimis
 cōcertatoribus p̄stiterit. Itaq; altius de utrisq; ciuitatibus
 uerba faciā: neq; cū p̄diōse rem tractabo: ut instruamur
 qua maiores nri uirtute: & inimicitia aduersus barbaros
 fuerint: & si optie norim: q difficile sit scripta iā ab aliis:
 & quæ sæpius oratores Atheniēsū pro publice sepultis
 perorarūt: recensere. fit. n. ut hi clarissima quæq; tractaue-
 rint: minia uero p̄terierint. sed cur uerēdū q sunt omissa
 qñqdē reip. cōducūt referre. Eos igr̄ plurimorū bonorū
 auctores: ingētib; s; laudib; dignos credideriz q p græ-
 corū salute uitā piculis exposuere: neq; tñ nō celebrādi q

ante hoc bellum & Athenis / & Lacedaemone principatū
obtinuere. illi. n. nepotes exercitarunt / populum ad uir-
tutem incitarūt: duros barbaris aduersarios reddiderūt.
nam neq; rem publicā negligebant: neq; ut propriā usur-
pabant: aut tanq̄ alienam respuebant: sed ueluti domesti-
cam curabant: tanq̄ uero ab alienis abstinebant. neq; di-
uites felices iudicabāt: sed is tutissimas: & pulcherrimas
opes possidere uidebatur: qui praeclare rebus gestis sibi /
& liberis immortalē gloriā relinqueret. neq; n. mutuos
inter se in sulcus æmulabātur: neq; cōtumelias exercebāt:
quinimmo longe grauius arbitrabantur male a ciuibus
audire: q̄ pro patria honeste mori: magisq; pro publicis
delictis q̄ propriis erubescere. horū causa fuere bonæ
& prudentes ab ipsis inuenta leges de rep. administranda
non de priuatis contractibus: & quotidianis studiis. anī
mauertebant. n. bonis hominibus non multis scriptis:
sed paucis legibus opus esse: facileq; & pro priuatis: &
publicis consensuros. eam autem remp. administrabāt:
ut mutuas contentiones exercerent: non aduersariis de-
structis / reliquis imperaturi / sed pro bono aliquo publi-
co conferendo utraq; factio desceptabat / amicorūq; con-
uentus non ad priuatum cōmodū / uerum ad omniū uti-
litatem habebant. eadem rōne aliena curando governa-
bant / non autem superbe græcis imperitabant. se. n. du-
ces / nō tyrānos reputabant / illudq; nomen potius q̄ hoc
appetebant / & seruatores q̄ destructores dici mallebant.
ciuitates beneficio alliciebant / non ui subiugabāt / obser-
uantiores fidei in sermone / q̄ nunc in iusiurandis erant.
foedera aut tanq̄ necessaria custodiebāt / neq; ita in rerum
potentia / q̄ in uita tēperata gloriabantur / eo animo infe-

rioribus
bes q
triam
tos m
qui be
neq; o
ideo re
strissim
rege ge
ba sup
tanto
res fue
tem de
Asiæ
trias f
runt.
dum
adeo
eorum
citasse
rent: f
illi co
tum r
inter
certar
bant:
pro c
eius a
Dario
dente

rioribus ad defecti erant: quo sibi superiores optabant: ur-
 bes quæ natales: suas ciuitates: Græciã uero cõmunẽ pa-
 triam ducebãt. Iis cõsiliis usi iuniores huiusmodi imbu-
 tos moribus uiros adeo strenuos reddiderũt: eos in quã
 qui bellũ contra Asiaticos gesserũt: & nullus unquẽ poeta:
 neque orator illorũ gesta dicendo æquauerit. neque tũ ipsos
 ideo repræhendendos arbitrarer: cũ æque arduũ sit illu-
 strissimos & obscurissimos uiros cõmẽdare: quod hi nullã
 rebus gestarũ materiã habeãt: illi uero suis rebus gestis uer-
 ba superauerint. nã qui talibus uiris idonei sermones: quã-
 tanto iis qui in Troiam expeditionẽ fecerũt: præstantio-
 res fuerunt: quanto hi quidẽ bellũ aduersus unam ciuita-
 tem decernentes decem annos cõtriuerũt: illi uero totius
 Asiæ potentiam paruo tẽpore debellarunt: neque solũ pa-
 trias suas seruarunt: sed uniuersam in super græciã libera-
 runt. Quo nam opere: labore: periculo: abstinerunt: ut
 dum uiuerent: excellerẽt: qui pro gloria cineres secutura
 adeo alacriter mortẽ appetebãt: Arbitror numen aliquod
 eorum uirtutibus ductum in admirationẽ hoc belluz cõ-
 citasse: ne ita præstãti ingenio iacerent: & in glorie cade-
 rent: sed diis genitis: & semideis pari honore essent. nãque
 illi corpora fato cõcessere: at uirtutis immortale monimẽ-
 tum reliquere. Semp̃ igitur maiores nr̃i: & lacedæmoniũ
 inter se pro gloria cõtendebant. tunc enim honestissimũ
 certamen erat: cũ se non hostes: sed cõcertatores esse crede-
 bant: neque pro græcorũ seruitio barbarũ colebant: ueruz
 pro cõmuni salute cõsentiebant. certabant aut̃ inuicẽ: quod
 eius auctor fieret. Primũ uirtutes suas cõtra destinatõs a
 Dario demonstrarunt. aduersus quos in Atticam descẽ-
 dentes & totius græciæ cõtemptores. cõmune bellũ pri-

uatum discrimen rati ex improviso nullis auxiliaribus:
sed propriis nixi uiribus occurrere pauci contra plures my-
riades perinde ac si alienis corporibus se periculis obice-
rent. Illi uero qui primum accepere hostem Atticæ immi-
nere neglectis omnibus aliis opem nobis laturo superue-
nere. eo studio: & festinatione: qua si ager suus deuastare-
tur. id autem celeritatis: & pugnae argumentum: quod maiores
nostros tradit eo: quo acceperant die barbarum descendisse ad
confinia regionis obuios euolasse: & uictoria potitos de
hostibus trophaeum erexisse: illos triduo pedestri exercitu
M. cc. stadia transcurrisse: ea sunt uisi festinatione Lacedæ-
monii ne periculorum expertes essent: nostri ut ante sociorum
aduentum congressi uiderentur. Secuta deinde xerxis expe-
ditio: qua ipse relicta regia ausus se ducem exercitui præ-
ficere omnes asiaticos euocauit. Quis adeo super hoc ampli-
ficando uires ingenii sui intendit: ut non minima ueris
descripserit. ille. n. ad tantum insolentiae elatus sibi persuase-
rat esse indignum opus sui graeciam subiugare. Sed immor-
tale monumentum relinquere uolens non destitit: donec
inuenerit: & effecerit: quod ab omnibus decantatur: ut per con-
tinentem exercitum nauibus traiceret: pedibus uero ma-
re permeabile redderet: Athum quidem effodiendo: Helle-
sponthum autem iungendo. aduersus sane hunc adeo infla-
tum: & talia gerentem: ac tot populorum dominum pericu-
la pariti se opposuere: Lacedæmonii quidem ad Thermo-
pylas contra pedestres copias cum mille suorum electis: &
parua sociorum manu tanquam in angustiis eos ulterius pro-
gredi non difficulter prohiberi: maiores uero nostri sexagin-
ta triremibus instructis aduersus omnem hostium rem nau-
ticum occurrere. Hæc autem audebant non tam quam hostes

despic
Laced
partæ
nostr
impr
re se p
tradu
cerent
cessur
rentes
unū i
cubu
fuga
runt
Ther
telam
taru
peric
Pelo
salut
tione
igno
leger
suru
spe c
stati
cipu
nien
se po
græ

despicerent quæ certandi æmulatione mutua excitati: dum
 Lacedæmoniis student uictoriæ a nobis in Marathone
 partæ paria facere: deinceps uerentur ne secundo ciuitas
 nostra græciam serualet: at maiores nostri dum partam
 imprimis gloriam retinere uolunt: & omnibus ostende-
 re se prius uirtute non fortuna uicisse: deinde ut græcos
 traducerent ad bellum nauale suscipiendum: ipsosque do-
 cerent uirtuti multitudinem tam nauali quæ terrestri pugna-
 cessuram. Ergo pari animorum alacritate manum conse-
 rentes disparem tamen fortunam experti sunt. nam illi ad
 unum interiire: & animi robore uictores: corporibus suc-
 cubuere. nefas. n. dicere uictos fuisse: quia eorum nemo
 fugam respexit. at nostri belli naualis principes supera-
 runt: uerum accepto nuncio hostes interfectis sociis.
 Thermopylas occupasse Athenas regressi: & ad urbis tu-
 telam necessariis præparatis ita de reliquo bello consul-
 tarunt: ut omnia ante a se præclara gesta et in extremis
 periculis superauerint. nam cum omnes socii desperaret:
 Peloponenses muro Isthmum cingerent: & sibi priuatam
 salutem quærerent: reliquæ uero urbes in barbarorum di-
 tionem concedentes una militarent: nisi tamē aliqua ob-
 ignobilitatem neglecta fuit: & triremes mille ducem oram
 legerent: ac terrestis exercitus innumerabilis Atticam inua-
 surus: neque ulla foret Atheniensibus reliqua salus: immo
 spe omni destitutos socii et deseruerunt: cum tamen liberum illis esset in-
 stantia pericula non modo euitare: sed et oblatos a rege Persarum præ-
 cipuos honores accipere: ut quæ arbitraretur: si sibi Athe-
 nensium maritimas copias iunxisset: Peloponneso mox et
 se potiturum: nulla tamen a persis munera receperunt: neque
 græcis irati: quæ se perdidissent: libenter barbaricam amicitiam

respexerunt: uerū soli pro oīum salute bellū suscipere: & seruire mallētibus ueniam dedere. obscuris. n. ciuitatib9 licere putabant quacūq; uia salutem sibi quærere. at quæ principatū græciæ uindicabant: nō posse pericula subterfugere. sed quæz admodū uiris bonis: ac generosis satius est bene mori q̄ turpiter uiuere: ita excellētibus urbibus magis conducere funditus e medio tolli: q̄ seruitutē suā intueri. satis autē cōstat hæc illos cognouisse post q̄ impares terra/mariq; simul decurrere. omnē inutilem turbam Athenis in p̄ximam insulā traiecerunt: ut per partes fortunam belli experirentur. Cæterū quos nam illis fortiores: & salutis græcorum amantiōres ostendemus: q̄ passi sunt cernere: ne reliquos seruitio traderent: suā urbēz desertam: regionem uastatē: sacra cōpilata: templa incensa: oēm belli impetum in suam patriā conuertit. neq; his cōtenti fuere: sed aduersus mille ducentas triremes soli nauali pugna decertare sunt ausi: non tñ pœnitus destituti fuere: cum eorū uirtute Peloponenses erubescerēt: & opinaretur: n̄ris prius deletis neq; sibi salutis locū relinquī. si uero uicissent: urbi suæ perpetuam notāz inuri: coacti sūt una bellū capessere. Tumultus autē: clamores: adhortationes in cōflictu: quæ oībus prælium nauale gerentibus cōmunia sunt: non opus est referre. quæ uero priuata: & principatu digna: ac prædictis cōsentanea: hæc sane a me dicentur. Ita. n. ciuitas nostra: cū ei uires integræ foret excelluit: ut desolata plures q̄ oēs illius belli focii triremes pro græcia contra periculum cōtulerit. nemo autē nobis tam infensus est: qui fateatur ob naualē pugnā græcos uicisse: n̄ram uero ciuitatē huius auctorē fuisse. Verū quos magis decet in barbaros principatū expedi-

tionis habere? num qui priori uictoria optimā operā na
 runt? qui sæpe soli fortunā belli experti : primis uero cō
 muni certamine præmiis donati sunt? num qui suaz pro
 aliarum salute reliquerunt? & olim plurimarū urbiū con
 ditores rursus eas maximis calamitatibus eripuerunt?
 non ne nobis grauis iniuria fieret: si cū fuimus ingentiū
 malorū participes nobis minores honores decerneretur:
 & tunc oīum principes: nunc cæteros sequi cogeremur?
 Hactenus igitur scio neminem inficias iturum nram ci
 uitatem multorū bonorum auctores fuisse: neq; immeri
 to principatum habuisse: ueruz post hæc iam nos aliqui
 dānabunt: quod accepto maris imperio græcis paria ma
 la produximus : inter quæ & nobis Meliorum captiuita
 tem: & Scionæorum uastationem obiicient. At ego pri
 mum existimo nō esse tyrannidis argumentū: si quosdā
 rebelles atrociter puniuimus: quinimmo apertissimum
 iudiciū bene regendi sociorū res: quoniam nulla ciuitas:
 quæ imperiuz nostrum non recusauit: unq̄ tale aliquod
 passa sit. proinde si alii res suas mitius administraissent:
 nō iniuria nos reprehēderent. q̄ si nunq̄ hoc fecere: neq;
 datur numerosas urbes regere: nisi quis delinquētes cor
 rigat: cur non merito laudamur: qui minima corrigēdo
 plurimo tempore principatum tenuimus? Ccrediderim
 iudicio oīum eos græcorū præfectos optimos : imperio
 quorum subditi res suas optime gessere. itaq; nobis regē
 tibus/ & priuatas domos ad felicitatis culmē peruenisse :
 & ciuitates plurimū auctas inueniemus. nō. n. earum in
 cremento inuidebamus/ neq; seditiones inter ciues fere
 bamus/ ut pars utraq; secum discors nos coleret / sed so
 ciorum concordiam publicam utilitatē ducentes eisdem

legibus oēs ciuitates gubernabamus : amice non impe-
riose super ipsis consulentes . omnium quidem princi-
pes : singulos priuatim liberos esse sinebamus . popu-
larium fautores contra potentiores bellum gerebamus/
durū rati : multos subesse paucis . diuitibus inferiores :
reliquis autem rebus pares a magistratibus repelli . item
in communi patria quosdam tyrannos : quosdam exu-
les esse . natura ciues : lege ab administratione repellī :
quæ & his maiora cū sint in statu paucorum repræhen-
denda : nobis & aliis eandem constituimus rempubli-
cam : quam nescio cur pluribus laudem : præsertim cum
possim illam breuibus commendare . si cōpendiose de ea
quædam præstrinxero / cum qua ducentos & septuagin-
ta annos continue uiximus / nullam tyrannidem exper-
tī / a barbaris liberi / absq; ulla domestica seditione / cum
omnibus mortalibus pacem agentes . quare sanos iudi-
ces decuit per q̄ gratos erga nos potius esse / quam nobis
agrorum fortitiones obiicere . quas non auariciæ / sed
custodiendorum locorū gratia missis inquilinis in de-
sertas ciuitates fecimus . horum autem argumentum / q̄
cum tantam ciuium multitudinem Atticus ager alere nō
posset / & in summo imperio triremiuꝝ domini dimidio
plurium / q̄ simul reliqui oēs / quæ ita uiris / armis / instru-
ctæ erant / ut una duas aliorum sustineret / cumq; nobis
obediret Euboea ad maris imperium admodum oppor-
tuna / & ad necessaria administranda cæterarum insula-
rum præstantissima / nobis magis q̄ nra patria dicto pa-
rēst ad hæc gnari & cæteros græcos / & barbaros maxime
celebrari / qui finitimis euersis lautam & ociosam uitā si-
bi cōpararunt / horum tñ nihil in habitatores insulæ de-

linque-
mus no-
degere
concu-
tibus d-
omnes
gesta fr-
decu-
re: cum
derenc-
di mo-
moren-
liorun-
unt. n-
& gra-
tissim-
runt. c-
suas in-
interfe-
autem
bona
niis m-
moni-
mutu-
condo-
quis a-
pticep-
neq; p-
ste acc-
fecim-

407

linquere cōpulis / sed in summo imperio soli cognosceba
mus nos pauperius / q̄ qui seruitutem merebantur / uitaz
degere. Atqui si auari fuisset / nunq̄ Scioneorū agruz
concupiuissemus / ut illum Plataensibus ad nos cōtugē
tibus daremus. tantum autez terræ dimisimus / quæ nos
omnes ditiores reddidisset. Hæc igitur ab Athenensibus
gesta fide manifestissima nos nō aliena desyderasse : qui
decuriones fuere : & patriæ suæ obfuere audebūt accusa
re : cum ipsi suorum progenitorū scelera : ut minima ui
derentur : suis criminibus effecerint : neq; ulluz delinquē
di modum posteris reliquerint. At iactant se Laconum
morem sequi : cum secus faciant. calamitates quidē Me
liorum deplorant : in suos uero ciues incurabiliter faui
unt. nam a qua iniuria se continuerunt : aut quid turpe :
& graue non cōmiserunt : qui fidissimos quidem si ul
tissimos reputarunt : proditores uero & beneticos colue
runt. decreuerūt autē quibusdam ilotis seruire : ut patrias
suas iniuria afficiāt : immo apud eos homicidæ : & ciuū
interfectores maiori honore q̄ parentes habentur. ad id
autem crudelitatis contra nos omnes peruenēre : ut pro
bona quæ aderat felicitas : quilibet etiam paruis infortu
niis multos qui sui misererentur inueniret : at in Lacedæ
moniorum dominatione malorum priorum copia a
mutua misericordia destitimus. Memini enim de altero
condolendi ocium reliquere. Quid non ausi sunt : aut
quis adeo a civilibus negociis remotus : q̄ nō calamitatū
pticeps fuerit : in quas nos similia studia traxere : p̄inde
neq; pudet ciuitates suas male tractare : nostrā uero iniu
ste accusare : p̄terea iudicia : accusationes quotquot unq̄
fecim⁹ enumerare audent : cū ipsis tribus mēsis iudicia

causa plures interfecerint / q̄ ciuitas n̄ra toto imperio suo
iudicauerit . At exilia / seditioes / legum contrarietates /
rerum ciuiliū mutationes / amplius liberorū iniurias /
mulierum stupra : pecuniarum direptiones quis recense
re posset : uerum de omnibus hoc dicam : q̄ sub imperio
nostrō errata facile quispiā uno decreto aboleret : coedes
uero / & crimina a lacedæmoniis patrata nemo emēdaret.
ad hæc neq̄ præsens pax : neq̄ libertas : quæ in nulla ciui
tate existit : q̄uis in foederibus scripta sit : nostro imperio
præferenda est . quis . n . eam remp . concupisceret . in qua
piratæ mare obtinent : peltatæ oppida occupant : cumq̄
aduersus hostes pro territorio ciues pugnare debeant :
secum intra mœnia digladiantur : ac plures nūc captiuæ
sint urbes : q̄ ante per nos pacē factā : oppidani uero pro
pter crebras rerū mutationes tristiores q̄ exules sint . quo
niam illi uentura mala formidant : at hi semper redire spe
rant . tantum autem absunt a libertate : & instituto uiuen
di suis legibus : ut quædā urbes sub tyrānis sint : quæsdā
prætores occupauerint : nonnullæ pœnitus interierint :
aliquibus barbari dominantur / quos in Europā nemiū
insolēter traicere ausos ita retudimus / ut nō modo expe
ditionibus contra græcos superfederint / sed agros etiam
suos uastari passi sint : ac mille ducentis nauibus oram
græciæ legentes ita pestem dedimus / ne postea longum
nauigiūz intra Phaselida deducerent . uerum pacem age
rent / & temporis occasionem præstolarentur / neq̄ p̄nti
fortunæ confiderent . Quod autem ista maiorē nostrorū
uirtute euenerint . Athenarū infortunia manifesto ostē
dere . nam imperii nostri ruina græcis exordium malorū
fuit post . n . apud Hellepōtū cladem trās lato ad alios

deficit fol.